



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

41 Onus rei impositum, rem sequitur, quocunque vadat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- factis est notum per totum orbem, quod, ut plurimum potentes creditoribus satisfaciunt, quando illis magis videtur commodum. Quapropter videmus, quod regulariter lite beneficiali pendente, non potest alter collitigans potentiorum in jure suo subrogare. *Gomes in reg. de subrog. collitig. q. 1. n. 2.* & recipiens patrociniū potentioris punitur in amissione causæ, *las. in l. 1. n. C. ne lic. pot. patroc.*
- 37 Tercio principaliter, † licet regulariter obligatus ad certam quantitatem certa die sub pœna solvendam, si non solvit, ad pœnam teneatur; *c. suum ext. de pœn. & l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig.* tamen propter moram solvendi censum, etiam quod pœna apponatur, obstat dicta constitutio, ne debeatur. *ut in ead. constitut. §. pact. continentia.*
- 38 Quarto † quamvis debeatur interesse lucri cessantis, præsertim, si conventio de illud incurrendo præcedat. *c. conquestus. junct. glo. de usur. & l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. per d.* constitutionem tamen est prohibitum in contractu censuali dictum interesse, quapropter exigi non potest, & licet pacta † quantumcunque nuda de jure canonico sint servanda *cap. 1. ext. de pact. & naturalis æquitas suadeat, quod pacta serventur. l. 1. l. legitima, & l. juris gentium ff. eod. tit.* obligationes tamen solvendi certas impensas, & salarias, impensas juramento partis liquidandas, quæ olim, ut plurimum in emptione censuum præstabantur, hodie non tenent, *Navar. eo. com. n. 93. vers. secundum, & vers. tertium.*
- 40 Quinto, † nec tenet obligatio de subeundis oneribus, quæ aliàs ex natura contractus non debentur, *ut in ead. const. ibi,*

sicut etiam, &c. & quia regulariter in censuum emptione, & venditione venditor census promittit censum defestri in semestre, & in fine cujuslibet semestris solvere liberè, & sine aliqua exceptione, quatenus dicta verba importarent aliquam immunitatem esset nullus momenti, ut concessa contra naturam contractus, quia † onus impositum rei sequitur rem, quocumque vadat. *clerm. junct. glo. in ver. solita, de cens. l. rescripto, §. sciendum ff. de numer. & honor. & Craver. conf. 117. nu. 5. par. 2.* Emptor enim census percipit pensionem ex re, super qua est imposita; & ideo pro rata onera subire tenetur, cum sit naturæ consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda consequuntur. *ea. clem. 1. in princ. c. qui sentit. de reg. jur. in 6.* neque enim ferendus est is qui lucrum amplectitur, ut onus ei annexum contemnat. *l. vnic. §. pro secundo. in fin. C. de cad. tol.* & in terminis census ad formam constituit. Pii V. impositi, ea tributa, quæ imponuntur ratione donorum cujusque aut pro quantitate reddituum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur partim spectare ad dominum prædii, & partim ad dominum census, pro quantitate juris, quod ad fructus eius prædii habet, tenet *Mol. in tract. 2. disput. 391. cla. 7. ante med. & Rapic. in dialog. de usur. fol. 74.* Quibus tamen † non obstantibus emptor census ad formam constituit. Pii V. non tenetur concurrere ad onerum solutionem, quia vnicuique licet ex arbitrio, onus rei suæ injungere, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata C. mand. l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de petit.*